

Admodum Illustri, atque Excellentissimo
 DOMINO
 D. ALEXANDRO
 BVCCABELLÆ,
 Sacræ Theologiæ & I. V. D. & Sacræ Inquisitionis
 CONSULTORI MERITISSIMO,
 AC NOBILI ROMANO
 Paulus Zacchias F.

SCIS, neminem sibi nasci, præ cæteris autem eos maxime aliis natos, qui virtute præcellunt; nam & ipsa virtus plurimum in aliorum commodum exercetur. Idcirco non ab re sapiens quidam vir dicebat, se plurimum debere iis, in quos ipse beneficia contulisset, quod sibi virtutem exercendi occasionem dedissent. Multum ergo te mihi debere, scito, qui tot huiusmodi occasiones tibi obtulerim, quas tu cum ob generis, tum etiam multo magis ob animi ingenuitatem tam avide amplexus es. debitum igitur hoc jam à te solvendum mihi est, quod facile præstiteris, si munusculum hoc litterarium meum, quod ad te defero, prompte, ac libenter exceperis. Vale.

L I.

LIBRI TERTII
 TITVLVS TERTIVS,

De Peste, & Contagio.

S V M M A R I V M.

- 1 Pests occasione quamplurima à consueto iudicandi stilo deviant.
- 2 Pests tempore unius restis sufficit, ubi alias duo requirantur.
- 3 Famina potest esse restis tempore pestis.
- 4 Notarius non matriculatus tempore pestis est idoneus, ubi matriculatus ex statuto requiratur.
- 5 Pests operatur, quod valeat contractus Mulieris sine proximorum presentia celebratus.
- 6 Pests est iustissima causa absentia.
- 7 Ex pestis probatione probatur non intus accessus ad locum, in quo viget.
- 8 Ad pestilentem locum accedens dicitur tentare Deum.
- 9 Pests excusat à residentia.
- 10 Pests à multis aliis excusat.
- 11 Tempore pestis nonnulla sacra res præter canonum decreta administrari permittuntur.
- 12 Laicus tempore pestis potest audire confessionem, falsam.
- 13 Pests ut plurimum contagiosa.
- 14 Ob morbum contagiosum dirimi potest matrimonium initiatum, seu ratum, non consummatum.
- 14 Sponsalia dirimi possunt contagiosi morbi adveniu.
- 16 Leprosi infecti à Magistratibus expelli possunt ex civitate, & loco.
- 17 Contagiosa infirmitas præbet iustam causam Monialibus recedendis à monasterio, nisi radix ejiciatur.
- 18 Pests nomen generale est ad multa mala.
- 19 Pests non est una species morbi.
- 20 Pests atrocissimus morbus est, & omnes alios atrocitatis exuperans.
- 21 Pests unde dicta.
- 22 Pests est bellum Dei, cui humane vires nequeunt resistere.
- 23 Pests quid ex Ripa. rejectum num. seq.
- 25 Morborum aliqui sunt particulares, alii universales.
- 26 Sporades morbi qui.
- 27 Endemici morbi, aut patrii.
- 28 Morbi populares.
- 29 Pestilentes morbi.
- 30 Epidemici morbi proprie qui sunt.
- 31 Pests proprie quid.
- 32 Omnis Pests Epidemia est, non è contra.
- 33 Epidemia est genus generalissimum.
- 34 Epidemia est genus, Pests est Epidemia species.
- 35 Species aliquando nomine generis insignitur.
- 36 In Epidemia vagatur certum quoddam morbi genus.
- 37 In peste qui morbi fiunt.
- 38 In Epidemia Aer est maxime alteratus secundum primas qualitates.

Pests quid sit, quid item Epidemia, & quæ sit inter eas differentia.

Q V Æ S T I O I.



licet de Peste Iureconsulti raro quidem ob ejus raritatem verba fecerint, ut notat Prævidell. de Pest. in princip. tamen non defuerunt, qui ob ejus argumenti utilitatem & necessitatem, de ea integros tractatus congesserint, ut Ripa, & prænominatus Prævidellus; sed & Petrus Follerius libellum de eadem materia edidit, in quo breviter multa necessaria tetigit. quamplurima enim dubia pestis causa occurrunt, quæ ad ipsos Iureconsultos decidere spectat, præterquam quod eorum præcipue munus est vigente peste loca, & civitates instruere atque ordinare, & multa in utilitatem populorum præcipere, quæ absque horum notitia præstare non possunt.

Iureconsulti ergo quamplurima, quæ ad eorum artem atque scientiam pertinebant, docte quidem, ut mihi videtur, & luculenter pertractarunt; multa quoque immo plura, quæ ad Medicam facultatem spectabant, tetigerunt; nonnulla tamen vel ab ipsis præterita, vel magis parce ac jejune, quam oporteat, nostra opera absque dubio indigent; non enim tot difficultates, quæ circa hanc materiam occurrunt, absque perfecta & exquisita cognitione Medica decidi possunt, sed breviter, antequam ulterius progrediamur, ut hujus argumenti utilitas & necessitas, quam dixi, ipsis Iureconsultis elucescat; nonnulla recensere, quorum causa illos eorum, quæ dicturi sumus, plenam notitiam habere oporteat.

Noverunt illi, Pests occasione quamplura à consueto iudicandi, & Iustitiam ministrandi stilo deviare. quædam enim à Legibus alias denegata tunc temporis permittuntur, quædam autem alias per ipsas permittuntur, ac ut uno verbo dicam, plura, ac magna sunt pestis privilegia: nam ea vigente unius restis sufficit, ubi duo ex statuto requirantur, Bertachin. de Gabell. & vestig. par. 2. num. 50. quin etiam scemina, cum alias non sit habilis, tunc in testem admittitur in testamento, Ripa in tractat. de Pest. partic. 1. num. 8. Malcardi. conel. 763. num. 13. Notarium etiam non matriculatum dicunt esse idoneum, ubi alias Statutum matriculatum requireret. Bertachin. ibid. & adducti per Prævidell. de pest. par. 1. partic. 9. num. 14. licet ipse contrarium credat verius, item Pests operatur, quod contractus Mulieris, sine solemnitatibus, & presentia proximorum & aliorum celebratus, validus sit. Cardin. Tullius præf. conel. Iuris. conel. 326. Litt. P. verb. Pests. est etiam Pests iustissima causa absentia. ij. P 3 Paris.

Paris. lib. 5. de Resignat. Benef. quæst. 3. num. 251.
 7 & ex Pestis probatione probatus remanet non tu-
 tus accessus ad locum, in quo viget. Mascard. de
 probat. conclus. 20. num. 1. volum. 1. immo adeo ius-
 tam absentie causam Iureconsulti dixerunt esse
 8 ipsam pestem, ut accedentem ad locum pestilentem,
 vel in eo commorantem dicant tentare Deum. Ri-
 pa ubi supra. Mascard. ibid. num. 3. Prævidell. ubi su-
 pra par. 2. part. 4. num. 3. & eam ob rem licitum,
 9 permittumque esse fugere à civitate pestilentia op-
 pressa, demonstrat pluribus exemplis ex nostris Vnt-
 zer. lib. 1. Antid. pest. dist. 3. med. 2. & idcirco Pe-
 stis excusat à residentia. Ripa ibid. part. 2. num. 136.
 quod ampliat etiam ob simplicem Aeris intem-
 periem. Prævidell. ibid. par. 3. part. 1. 4. num. 3. Ex-
 10 cusat insuper Pestis ab appellatione, à mora, à con-
 tumacia, à perjurio, à solutione dationum, & gabel-
 larum, à pœna, & ab aliis multis, ut per Ripam ubi
 supra, & per Mascard. ibid.
 11 Quin etiam (vide quanta rerum mutatio fiat
 tempore pestis) ipsæ sacræ res, & actiones præter
 Iuris, & Canonum decreta administrari permittun-
 tur: tunc enim Laicus potest audire confessionem
 ejus, qui peste laborat, (credo ubi Sacerdotis copia
 prælo non fit, quia periculum est in mora) & potest
 similiter absolvere excommunicatum in articulo
 mortis positum, secundum adducta per Ripam ubi
 alius part. 3. par. 2. num. 46. Et seqq. quæ restrin-
 genda, & declaranda, ut ibi per eum. nam hæc sim-
 pliciter vera non sunt. Denique ex Peste decedens
 non amittit pecunias in societatem datas, ut ex ipso
 contractu manifestissime apparet, ubietiam de Epi-
 demia mentio habetur, quasi eodem privilegio ga-
 vitura sit, quo pestis, sed de hac re inferius dis-
 cendum.
 12 Alia insuper quam multa sunt Pestis privilegia,
 quæ qui scire cupit, eundem Ripam consulat copio-
 sissime de iis discentem ubi supra. & Prævidell.
 tract. eodem.
 13 Quoniam vero Pestis ut plurimum contagiosa
 est, ob argumenti contiguitatem, de contagio mor-
 bilique contagiosis hic una pertractare decrevi: nam
 de hac quoque re agere necessarium mihi videtur
 ob multa, quæ ipsi Iureconsulti circa eam dubia
 occurrunt, disputant enim, an ob contagiosum mor-
 bum dirimi possit matrimonium, deciduntque affir-
 mative, dummodo non sit consummatum, sed tan-
 tum initiatum. Alciat. in rubr. ff. solut. matrim. num.
 14 16. quamquam contrarium sentit Sannazar. de spons.
 & matrim. cap. 5. art. 60. num. 96. sponsalia tamen
 dirimere contagiosi morbi adventum, etiam si jura-
 mento firmata sint, tenet Sanchez de Matrim. dis-
 putat. 57. num. 2. quod etiam ante firmavit Ioann.
 Andr. de spons. num. 4. & in terminis lepre Sannazar,
 ubi supra cap. 3. art. 4. num. 33. multa quoque dispu-
 tant Iureconsulti de Leptra, quæ locum habere vi-
 dentur in aliis contagiosis morbis, ut quod Leptra
 16 infecti à Magistratibus expelli debeant ex civitate,
 & loco. cap. 1. de conjug. lepro. & ibi gloss. Ripa loco
 sæpe citato par. 3. part. 1. num. 152. Prævidell. ibid.
 par. 1. §. 3. num. 1. & 5. & ex Med. Lemm. lib. 2. de
 occult. Nat. mirac. cap. ult. in fine. & ampliat Rip. pro-
 cequere, ut dixi, in omnibus morbis contagiosis, &
 notat idem ex nostris vir doctissimus Roderic. à Ca-
 stro de Meteor. Microc. lib. 3. cap. 5. quod etiam apud
 alias gentes de more fuisse notum est, ut apud He-
 bræos, sicuti patet in sacris Levit. cap. 13. & apud
 17 Persas teste Herodoto libro 1. Contagiosam quoque

infirmiorem dicunt Iureconsulti (immo constitutio-
 nibus Pontificiis statuitur) præbere iustam causam,
 quod Moniales possint relinquere monasterium, si
 ex illa absque dubio positæ in periculo sint, nisi ra-
 dix ejiciatur. Roderic. quæst. Canonie. Tom. 1. quæst.
 49. art. 4. vers. ex dictis clare sequitur. & art. seq. ibid.
 vers. Tertio inferunt. Barbol. de off. & Potest. Episc.
 alleg. 102. par. 3. num. 24. Ut ergo hæc undequa-
 que Iurisperitis innotescant, nonnulla sunt à nobis
 pertractanda, & idcirco hac occasione sumpta, de
 contagio morbilique contagiosis verba faciemus,
 ante tamen de Peste loquamur, & videamus quid
 illa sit, & quid sit Epidemia, cui ita congener est,
 ut una nomine alterius interdum appelletur. de no-
 mine ergo aliquid afferamus, priusquam ulterius
 progrediamur. Pestis nomen generale est ad multa 18
 mala, neque enim Pestis una certa quædam species 19
 morbi est. Gal. in tertium Epid. comm. 3. Andr.
 Gall. de Pest. Fascic. 4. Liddel. Scot. lib. 3. cap. 1.
 Hucher. de Febr. lib. 4. cap. 2. & ex Canonistis Ro-
 deric. quæst. Canonie. & Regul. Tom. 1. quæst. 49.
 art. 4. vers. Porro hoc nomen, sed genus quoddam,
 comprehendens sub se plures morbos. Forest. lib.
 6. Observat. 9. quoniam autem Pestis atrocissimus 20
 morbus est, & omnes alios morbos, atrocitate exu-
 perat, ut ex Iureconsulti quoque testantur Ripa de
 Pest. par. 1. num. 5. & part. 1. ult. part. num. 1.
 Mascard. conclus. 20. num. 4. Tom. 1. Paris. de resignat.
 Benef. lib. 12. quæst. 6. num. 14. & ex nostris Gal. in 1.
 Epidem. comm. 7. in principio. Paul. Aegin. lib. 2. cap.
 36. Alexand. Bened. de febr. pest. in præfat. Fumanell.
 de Pest. cap. 1. Hucher. de febr. lib. 4. cap. 2. Forest.
 ubi supra. unde recte Langius lib. 1. Epistol. 18. majo-
 rum morborum maximum pestem appellat. idcirco
 cum quid maxime noxium ac perneabile nomina-
 re volumus, quasi per Antonomasiam Pestis nomine
 illud solemus insignire. inde Homerus Iliad. 1.
 Iram cave Dea Pelidæ Achillis
 Pestiferam.
 & Virgilius 4. Æneid. Amorem, quo tantopere de-
 tinebatur Dido, pestem appellavit, dicens:
 Quam simul ac tali perferet peste teneri
 Cava Iovis conjux.
 Quin etiam ipsos malos homines tanquam res ma-
 xime noxias pestes appellamus. Plaut. in Pleud. act.
 1. scen. 2. de lenone Ballione loquens:
 — Quis omnes una peste hac populum hunc liberant?
 Virg. Æneid. lib. 3. de Polyphemo:
 — Dii talem avortite pestem.
 Quod etiam à nostris Poëtis factitatum est: Tor-
 quatus Tassus in sua Hier. introducens Armidam se
 occidere volentem, Cant. ult. stanz. 126.
 Felice me se nel morir non reco
 Questa mia peste ad infettar l' inferno.
 Dicitur autem pestis à depascendo, quia ceu fera 21
 quædam venenosa non paucos aliquot misere per-
 dat, verum totas civitates depascatur, ut Galen. de
 Ther. ad Pison. dicebat, & Guainer. de pest. differ. 1.
 cap. 1. in princ.
 Quid autem sit proprie Pestis in suo germano
 significato sumpta, diversimode docuerunt DD.
 Ripa ex Iureconsulti duas attulit definitiones, quarum
 neutra undequaque satisfacit. Pima est, quod
 Pestis sit bellum Dei, cui humanæ vires nequeunt 22
 resistere, de hac non est, quod aliquid dicamus,
 cum de rei natura nihil continet, præterquam
 quod hoc bellum non in peste solam consistit, sed
 aliquando in aliis calamitatibus. alia est, Pestis est

est morbus contagiosus à nutrimentorum, vel Aeris
 23 infectione procedens, & hæc quidem non est pestifera,
 24 quia non convenit uni, soli, & semper; cum
 scabies, Leptra, Phtisis sint morbi & ipsi contagiosi,
 & à nutrimentorum, & aeris etiam quandoque in-
 25 fectione procedant, nullus tamen eorum morbo-
 rum pestis est. cum ergo hæc Iureconsulorum de-
 finitio non satisfaciat, à Medicis alia expectanda est,
 quæ ut magis magisque sit accepta, sciendum est
 primo, quod morborum aliqui particulares sunt &
 26 privati, qui sporades dicuntur, alii universales: illi
 omni tempore prehendunt, neque unam magis,
 quam aliam personam, neque magis huic loco,
 quam illi familiares, sed dispersim evagantur, idcirco
 26 co sporades dicti, suntque tandem morbi diversi gen-
 eris, & qui minime sub uno quodam certo genere
 comprehendi possunt, nisi eos in hoc convenire dic-
 cas, quod nullum ordinem servant, ut diximus; ha-
 bent enim particulares causas à particularibus natu-
 ris, quemadmodum posteriores, qui causam habent
 universalem, sunt & ipsi universales, & habentes
 unam naturam, aut in aliqua re invicem conveni-
 entes plures eodem tempore invadunt, & hi divi-
 duntur in duas species, prout magis aut minus uni-
 versales sunt, cum quidam sint alicujus loci ac civi-
 tatis proprii & familiares, hoc aut illo tempore in-
 videntes ex locorum aut civitatum naturali intem-
 perie & situ, aut alia quadam ex causâ omnibus
 habitantibus communi, ut ex aquarum insalubritate,
 ex ratione vitæ, & hujusmodi, quemadmodum
 Gallicus morbus Indiarum acolis, Ophthalmia, sive
 oculorum inflammatio Ægyptiis, stulticia & fatu-
 ritas Populi vallis Telligæ, Romanis Hæmitri-
 tæus, & melancholia Hypochondriaca dicta, & aliis
 27 aliis, vocanturque hi ob eam causam Endemii, hoc
 28 est Patrii, & vernaculi, alii deinceps populares sunt
 non habentes certam naturam, & affligendi mo-
 dum, sed originem trahentes à universaliori causâ,
 & communi, nempe ab Aere, & hi aliquando unam
 civitatem, interdum plures, aliquando etiam
 universam aliquam totius Orbis terrarum partem,
 ut Europam, aut Asiam, quin etiam & totum ipsum
 orbem interdum obident & infestant, & hi quo-
 que in duplici sunt differentia: nam aut habent
 à communi illa causâ naturam quamdam deleteri-
 am & venenosam, & idcirco tunc pestilentes di-
 29 cuntur, aut ea venenosa Natura carent, & mitiores
 sunt, ac tunc nomine generis insigniuntur, vocantur-
 que Epidemii, & populares. Hæc autem omnia a-
 pud auctores nostros quilibet videre potest in tra-
 ctatibus de peste, aut de pestilenti febre, apud Iu-
 reconfulos autem videre licet Ripam eodem tract. &
 præ cæteris Roderic. Quæst. Canonie. & Regul. quæst.
 30 49. artic. 4. tom. 1. His sic præfatis, Pestem ita de-
 finire licet Pestis est morbus Epidemicus: aut popu-
 laris, pluribus & secundum plurimum pernicio-
 sus, & si libet, addere potes, ex communi causâ o-
 riginem ducens, licet per verbum illud Epidemi-
 cus, aut popularis, id ipsum manifestissime insinuetur,
 ut ex superioribus patet. desiderant tamen alii
 DD. quod huic definitioni addatur, quod Pestis sit
 morbus contagiosus, ut ex Iureconsulti fecit Ripa
 ubi supra & Follerius in tract. ad Instrucl. Urban. in
 præfat. in fin. & ex nostris plurimi infra citandi. alii
 volunt addi, quod sit morbus cum febre; sed quia
 de utraque re inter Medicos dubitatur, idcirco ea
 definitione, quæ mihi integre rei naturam explicare
 videtur, pro nunc contenti erimus. quotiescunque

enim vagetur per populum morbus aliquis, qui pluri-
 mos agrorum sua venenositate, & malignitate peri-
 mat, habens originem à causâ universali, nempe
 maxime ab Aeris impuritate, tunc pestem esse talem
 morbum manifestissimum est, & nullo modo con-
 troversum.
 Ex his manifestum est, omnem pestem esse qui-
 32 dem Epidemiam, non tamen è converso, omnem
 Epidemiam esse pestem; est enim Epidemia genus 33
 generalissimum, ut Septal. docet lib. 1. de pest. cap. 3.
 eorum morborum qui causam habent universalem,
 comprehendens sub se duo genera subalterna mor-
 borum, videlicet populares, & pestilentes, idcirco E-
 pidemia cum est nomen generis subalterni, dicitur
 esse morbus communis à communi causâ originem
 habens ut plurimum salutaris; non enim requiritur
 in morbo populari, qui Epidemia vocandus sit, ut
 perniciosus, & malignus existat, nam & benignissi-
 mi quidam vagantur morbi populares, quales sunt
 Raucedines, quæ Gravedines, hoc tempore plures
 Italix Vrbes molestarunt, & adhuc anno præfati
 1627 molestant. Ergo morbi aliqui communes
 dantur, qui pestilentes nequaquam sunt, ut nostri
 Medici docent. Guainer. de pest. diff. 1. cap. & ex
 Canonistis Roderic. quæst. Canonie. Tom. 1. quæst. 49.
 art. 4. vers. Ex his sequitur. Ex quibus patet male in-
 ter Iureconsultos à Tiraquell. de leg. Communal. l. 1.
 par. 15. n. 47. Pestem à Medicis vocari Epidemiam,
 absolute assertum esse, & ex nostris etiam errasse
 nonnullos, qui Epidemiam & Pestilentiam confun-
 dunt, & attributa unius faciunt alterius, ut Savona-
 rol. de febr. cap. 9. rubr. 1. qui idcirco omnem Epi-
 demiam dicit esse pestilentiam, non vero omnem
 pestilentiam esse Epidemiam, & adducit ad id insul-
 sam quandam hujus vocis Epidemix deductionem,
 cum contrarium omnino sit verum, quia, ut dixi, E-
 pidemia se habet tanquam genus, pestilentia, seu 34
 pestis, tanquam species, quod manifestissimis verbis
 docuit Gal. in 1. de morb. Vulg. in Proem. dicens:
 Pestis est ex genere Epidemiorum ab Epidemiis fo-
 la pernicie differens, & ex iplo id ipsum testantur
 Guainer. ubi supra. Altimar. de febr. cap. 3. par. 4.
 & Massaria Pract. lib. 5. capit. 24. Cæterum Aristo-
 telem erroris notat Roderic. Quæst. Canonie. quæst.
 89. art. 4. quod de Peste male locutus sit, cum vo-
 luerit, pestem solam ex omnibus morbis esse pluri-
 bus communem: nam hoc modo Arist. videtur con-
 fundere pestem, & Epidemiam; id tamen fecisse di-
 cendus est secundum vulgi consuetudinem, qui etiam
 morbos non perniciosos, dummodo communiter
 vagentur, vocat Pestem. male tamen reprehendit
 idem Roderic. ibid. versicul. liquet etiam, nonnullos
 Medicos, qui febres quasdam mali moris, ac perni-
 ciosissimas, etiam si non sint populares, vocant pesti-
 lentes; quia ut aliàs ex Gal. dicam, quod forte fugit
 ipsum Rodericum, datur pestilens febris absq; Peste;
 nempe datur febris perniciosa, & omnes conditiones
 habens pestis, absq; eo quod per populum vagetur;
 quas febres recte Medici vocant pestilentes, quod
 pestilentium Characterem quoad pernicem donentur.
 Verum enim vero aliquando sunt qui speciem non
 mine generis insignire solent, & hoc pacto nonnulli
 Medici vocant Pestem nomine Epidemix, sed abusive,
 & improprie. Concil. diff. 94. quod etiam mani-
 festus sit ex ratione, quia morbi simpliciter Epi-
 demici à pestilentibus proprie dictis maximopere
 differunt, secundum convenientiam, & naturam eo-
 rum morborum.

36 In Epidemia enim vagatur determinatum quodam morbi genus in omnibus, vel in pluribus, ut de gravedine, raucedine, & spiritualium partium affectibus superius dixi, qui nunc evagantur, & non multis etiam abhinc annis præcipue Neapolitanis molesti fuerunt, cum tonsillarum, fauciumque inflammatione, & qualis etiam fuit non ablimilis morbus abhinc quadraginta annis vel supra, magnam ac potioris orbis terrarum partem oblidens, à nostris *il Castrone* appellatus. At in peste propriissime accepta fiunt ægri tudines diversorum generum, quæ omnes in hoc conveniunt, quod lociam habeant pravam, deleteriam, seu venenosam qualitatem ab aere ipsius communicatam, ex cuius perniciæ plurimi ægrotantium prosteruntur. hoc eo modo evenire non est inconveniens, quia in Epidemia simpliciter aër est secundum primas qualitates solummodo alteratus, licet insigniter interdum, sed non concepit cum hoc ullam corruptionem, aut si quam concepit, modica est, & remota à primo illo & supremo gradu, qualem concepit in peste, in qua eo ascendit aëris corruptio, ut venenositatem acquisierit, & vitæ nostræ non secus ac exitialissima venena inimicissimum evaserit, ex quo fit, ut facillime quibus superadveniens morbus veneni illius naturam fapiat, & repræsentet, unde & ipsi morbi alias de sua natura mitissimi, tunc temporis ob adjunctam illam pravitatem omnino exitiales evadunt, ex quo fit, ut quamobrem pauci eorum, qui tunc ex quovis morbo ægrotant, pestifera lue non contaminentur. Sed hæc quoad nomina, & differentias inter Epidemiam, & Pestem, satis sunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Non omnis Epidemia est Pestis.
- 2 Pestis privilegia non omnia locum habent in Epidemia.
- 3 Privilegia quedam ad quem finem concessa in peste.
- 4 Vi privilegia pestis suum locum, & effectum habent, pestis debet esse gravis, non levis, & nu. 36.
- 5 Pestis potest esse particularis.
- 6 Vi pestis privilegia suum locum habeant, pestis debet habere causam universalem.
- 7 Pestis proprie dicitur ab aere.
- 8 Pestis ex Cloacarum immunditie excitari potest.
- 9 Pestis ut suis privilegiis gaudeat, debet esse contagiosa.
- 10 Contagium quid.
- 11 Contagium triplex.
- 12 Contagium bifariam divisum, & num. seq.
- 14 Contagium an de necessitate sit ad junctum pesti.
- 15 Peste infectus potest expelli ex civitate.
- 16 Pestilens morbus ex Aristotele unus ex omnibus afficit eos, qui ad laborantes eo morbo accedunt.
- 17 Pestilens, putridum, & contagiosum convertuntur, contr. num. 24.
- 18 Pestis nulla magis precipua causa quam contagium.
- 19 Pestis particularis aliquando sit universalis.
- 20 Contagium pestilentis mira vis.
- 21 Pestis esse potest sine contagio.
- 22 Qui primi peste inficuntur absque contagio ægrotant.
- 23 Respondetur ad auctoritates in contrarium.
- 25 Omne pestilens est perniciosum, non vero contra.
- 26 Scabies tempore pestis salutaris.
- 27 Contagium an necessario requiratur, ubi pestis privilegia suum locum habere debeant.
- 28 Cessante sine, ad quem privilegia sunt concessa, cessant etiam ipsa privilegia.
- 29 Vera pestis an de necessitate febrem adjunctam habeat.

30 Pestis non datur absque febris, contrarium num. seq.

32 In peste non semper cor est primum patiens.

33 Non omnia venena cor primo adoriuntur, sed aliam ante quandam partem.

34 Febris non fit absque affectione cordis, pestis vero maxime.

35 Pestis si fit absque febris an gaudeat privilegiis.

37 Inter graves pestes una est major altera.

38 Ratione causæ quomodo una pestis sit gravior alia.

39 Pestis magis periculosa ea est, que vitio aëris fit.

40 Ratione multitudinis locorum, que inficiuntur, una pestis est gravior alia.

41 Loca quedam, & Civitates facillime pestem sentiunt, alia difficillime, num. seq.

43 Ratione durationis una pestis est gravior alia.

44 Pestis non excedit tres menses ex Plinio.

45 Non potest certis terminis durationis pestis prescribi.

46 Tot sunt modi pestis, quot tempora.

47 Ratione indifferentiæ specierum, que peste afficiuntur, quomodo magis, aut minus gravis ea sit.

48 Pestis interdum non nisi certum genus, aut certam animalium speciem invadit.

49 Pices minime pestem sentiunt, contrarium num. seq.

51 Canes, & Muli omnium facillime peste inficiuntur.

52 Individua quedam certa unius speciei magis, aut minus peste corripuntur.

53 Peste qui magis obnoxii.

54 Ratione indifferentiæ temporum, quibus pestis vagari solet, quomodo magis, aut minus gravis censenda.

55 Pestis quo plura individua interimit, eo gravior absque dubio dicenda.

56 Pestis est multo gravior ferro.

57 Pestis gravissima que.

58 Pestes quedam gravissime & exitiosissime.

Quas condiciones habere oporteat morbum Epidemicum, ut Pestis dicatur, & ad hoc ut Pestis privilegii locus detur.

QVÆSTIO II.

Utrum pateat ex superioribus & quid intersit inter Pestem, & Epidemiam, & quod non omnis Epidemia sit Pestis nomine insigniendi, sequitur inde, privilegia quæ tempore pestis locum habent, non habere debere locum tempore Epidemix, saltem non omnia, nec omni tempore, nec in omni Epidemia; jure merito ergo discernendum est, quænam condiciones concurrere debeant in Epidemia, ut pestis nomen mereatur, & ex consequenti prædicta privilegia, ea grassante, locum habeant. Itaque videndum, qualis fuerit legislatorum, seu quorumcumque Magistratum, & de Jure dispensantium finis, ex quo moti sint ad ea privilegia tunc temporis concedenda; dicendumque non unicum fuisse in omnibus; unum tamen principalem in pluribus, nempe ut cuiuscumque saluti consulere liceret, & evitare evidens, atque imminens vitæ periculum, ut in iis privilegiis præcipue appareat, quæ in personarum exultationem tendunt, sicuti quod pestis exculet à Mora, à Contumacia, à Residentia, & ab aliis hujusmodi, in aliis autem in quibus insufficientia, ut etiam defectus personarum in numero suppletur, ut quod mulier passim

se te

se testis in quibusdam casibus aliis non permittis, quod Notarius non matriculatus sit sufficiens ad condendum testamentum, etiam si ex statuto matriculatus requiratur, quod contractus ob omissionem solemnitatum nullus, validus tunc temporis efficitur, quod unus Testis sufficiat ubi duo ex statuto requirantur, in his inquam omnibus, & aliis his non dissimilibus, respicitur primo personarum diminutio in numero occasione pestis, quia plures vel jam mortuæ sunt, vel infirmæ, vel à civitate, & loco ob pestis timorem absentes; indirecte vero intenditur eadem salus individuorum. Ut tamen hæc privilegia suum effectum habeant, non satis est, ut simplex Epidemia, vel levis quedam contagio grassetur, sed debet proprie Epidemia esse pestilentialis, & notabilis, ut prudenter admonet Ripa citato tract. de pest. part. 2. part. 2. num. 11. atque ea de causa crediderim non sufficere, ut dans pecunias in societatem sub periculo propria vitæ, excipiens tamen mortem ex peste, & Epidemia, ut in hujusmodi contractibus fieri solet, eas non amittat, si ex quacunque Epidemia moriatur; quia cum casus excepti idcirco excipi permittantur, quia periculum mortis nisum certum est, & evidens, ut dixi lib. 1. tit. 4. quest. 1. num. 12. patet periculi certitudinem majorem esse in peste, quam in Epidemia, quia in hac raro, aut nunquam adjuncta est pernicietas, ut superius dixi, licet non ob hoc impossibile sit etiam ex levi Epidemia aliquos de medio tolli, sed non ob id videtur exceptioni in Epidemia debere esse locum, quia ut plurimum, contra quædam pestis sit, absque perniciæ, & periculo est.

Quoniam ergo pestis potest etiam invadere aliquos particulares, ut domos solum aliquas, & sic non habere causam universalem. Guainerius de pest. diff. 1. cap. 1. Herculan. de febr. tract. 4. cap. 1. Andr. Gall. de pest. fascic. 4. nam id sibi voluit Gal. cum comm. 3. in sermone Epidem. part. 57. dixit, dari pestilentes febres sine peste, nempe posse dari pestilentem febrem, quæ à causa particulari emanans particularem aliquam personam, aut domum invadat, sed non ob id sit pestis, quia deficit ab ea conditione, quod non habeat causam universalem, cum tamen in cæteris cum peste conveniat, habens omnia signa, & characteres pestis veræ etiam ipsum contagium; idcirco ut pestis notabilis dicenda sit ad hoc, ut privilegii sibi à Jure concessi gaudeat, requiritur primo, quod habeat causam universalem. Altim. de febr. part. 4. capitulo 3. Joann. Marinell. pestil. in respons. ad primum argumentum, & ex Iureconsult. Roder. loco supius citato. & patet dilucidius ex supra adductis, præcipue vero necesse est, quod originem habeat ab Aere, qui & intemperatus, & corruptus sit; hæc enim verè, & proprie sic dicta Pestis est, ut probant Herculan. de febr. tract. 4. cap. 1. & tract. eod. capite. 3.

Mercatus lib. 3. de morb. part. 1. class. 1. quest. 176. art. 4. num. 30. Mercurial. Pract. lib. 1. cap. 17. Rudius lib. 3. art. Med. cap. 30. quia talis pestis periculosior, & ex consequenti gravior, & notabilior est. Forest. lib. 6. observ. 24. in schol. & hoc non nisi summa cum ratione, quia cum ex necessitate, ut vivamus, aerem attrahere respirando cogamur, & is tunc corruptus sit, illum in nos ipsos tanquam presentaneum aliquod venenum ingerimus, ut testatur Gal. de Theriac. ad Pison. cap. 16. class. 5. quamobrem & plures multo in periculum incidunt in hac, quam in peste ex aliis causis procedente, &

evidentius ac facilius periclitantur. ex Iureconsult. Follerius in libell. ad instruit. Urban. in præfat. & num. 147. atque ea de causa videndum esset, an aliæ causæ, quæ pestem provocare possunt, sufficientes sint ad hoc, ut privilegia pestis etiam in illa, quæ ab ipsis suscitatur, locum habere debeant.

Patet enim, Pestem aliquando ex sola cloacarum immunditie excitari, ut per nostros DD. notatur in tract. de pest. cap. de causis. neque prætermisum est à Iureconsultis, ut patet per l. 1. ff. de Cloac. §. sub hoc ritu'o. & per Gloss. in l. de pupillo. §. si quis rivo. ff. de nov. oper. enunciat. in verbo salutus. & hæc causa est absque dubio minus communis, quemadmodum etiam si prava victus ratio cujusdam particularis loci, aut civitatis, vel potius pravatum corruptarumque aquarum, aut ubertas post penuriam, aut exitialis quedam specus alicujus exhalatio, & hujusmodi causæ pestem excitaverint, ut fieri posse notant prædicti omnes Medici, & non præterit ex Iureconsultis Ripa part. 1. à num. 10. ad seqq. immo non de sunt aliæ causæ, quæ minus communes, quam superadictæ sunt, qualis esset si ex corrupto animalis cujusdam cadavere pestis excitaretur, ut evenisse aliquando ex cadavere Balenæ putrescente non procul à Bunis, testis est Plut. in lib. de industr. Anim. prope sinem, & in littore Thulco similiter, & prope pagum Egmondanum ex eadem occasione pestem irrepsisse, testatur Forest. lib. 6. obs. 9. in schol. cum ergo (licet multæ harum causarum in tantum pestem excitent, in quantum Aerem inficiunt) hæc causæ non sint ita universales, ut omnibus communes existant, ut in vera peste evenire oportet, discernendum ab ipsis Iureconsultis esset, an eadem privilegia militare debeant tam in illa, quæ universalem causam habet, nempe aerem ipsum corruptum, quam in illa, quæ particularem, ut loci, seu civitatis immunditiam, vel pravam aliquam exhalationem; quemadmodum idem esset dubium diluendum, ubi pestis causa facile esset amovibilis, utputa quia à prava aliqua alicujus specus exhalatione emanaret, quæ facile prohiberi posset, specum obturando, ut Empedoclem factitasse refert Plutarch. in lib. de curiosis. hic enim montis cujusdam profundum inter rupes hiatus gravem, & morbiferum, & quod Notum ventum efflaret in vicinos campos, obstruxit, atque ita pestilentiam è regione depulit. aut si à pravatum aquarum usu originem pestis traheret, facile amoveretur, aquas ipsas repurgando, aut coctione rectificando, aut meliores in urbem, & inquinatos locos derivando. aut si annona cara fuisset, & ob id pravis cibis populus usus in pestem incidisset, laudabiliora cibaria in eum locum comportando.

Secundo ut privilegia pestis suum locum habeant, requiritur, quod illa sit contagiosa: nam controversatur inter Medicos, an necessario cum peste jungatur contagium, quod dubium ut diluatur, videndum quid sit, & quotuplex contagium, & quodnam requiratur ad hoc, ut pestis gravis dicatur, & suis privilegiis fruatur. sed de his breviter, nam in secunda hujus tituli parte fusius hæc ipsa pertractanda. dicitur ergo Contagium, vel Contages, aut Contagium ab uno in aliud transiens infectio. Fracast. lib. 1. de contag. cap. 1. alii aliter, & longioribus definiunt, ut idem Fracast. in sin. ejusdem capitis, Hucher. lib. 4. de steril. c. 1. Sal. de febr. pest. c. 11. Rud. de morb. occult. lib. 1. c. 8. Portus de peste lib. 1. cap. 5. sed quia hæc satis facit, alias non assero. Triplex vero con-

1110 contagium uoluerunt dari DD. Fracast. ubi supra cap. 2. Mercat. de febr. lib. 7. cap. 1. Salus ibidem cap. 11. Rudius loco eod. lib. 1. cap. eod. Cardan. lib. 12. de febril. Septal. lib. 2. de pest. cap. 10. & Santorell. lib. 6. sine antepix. cap. 12. unum immediatum, quod per contactum immediatum duorum corporum fiat, ex quorum altero in alterum per illum contactum transit infectio. secundum est per fomitem, non quemcunque, sed rerum perolarum, ut quæ incorruptæ permanentes conservare aptæ sunt contagiosi morbi seminaria, ut sunt præcipue indumenta & tegumenta, quibus familiariter utimur.

Tertium contagium fit per Aërem inspiratum, tam cum ille corruptus est, & inspiratus tanquam præstanteum venenum, ut dixi, per inspirationem attrahitur, quam cum infirmis contagioso morbo laborantibus assistentes, vel eorum expirationem excipientes per eam inficimur.

12 Hucher. autem lib. 4. de febr. cap. 7. contagium dividit bifariam in verum, seu immediatum, quod fit per contactum, & in mediatum. illud accubitu, osculatione, aut simili alio modo contrahitur, hoc intercedente fomite aliquo, vel etiam ipso aëre. bifariam quoque sed diverso modo divisum est contagium à Marinell. ubi supra. prout scilicet vel ex eo communicatur idem genus morbi, ut si ex febre febris per contagium concipiatur, vel diversum, ut si ex pleuritide communicetur contagione febris pestilens, aut si ex bubone pestilenti communicetur Pulmonia. His præsuppositis, ad quæstionem accedamus, nimirum, an contagium cum peste ex necessitate ita sit ad iunctum, ut pestis sine contagio esse non possit; & pro parte affirmativa favet universus hominum consensus, à peste enim tanquam à re perniciosa, quæ facillime per contagium communicetur, longe fugimus, neque permitimus ab ea infectis tangi; ita ut non injuria disputatum sit à Prævid. lib. sepe cit. de peste, an liceat vi & armis peste infectum à se expellere, etiam usque ad occisionem, cum in periculo manifestissimo sit qui ab infectis tangitur, unde facere Plaut. in Amphitr. Act. 2. Scen. 1.

— A. Apazete à me. S. quid est Negotii? A. Pestis te tenet.

Communiter autem pestis pro morbo ita contagioso habetur, ut, ne ea infectus alios inficiat, expelli possit & debeat ex civitate Alex. in l. casus. C. de test. num. 3. Bertach. de Gabell. & veltig. p. 2. num. 49. Foller. in tract. ad Insty. Urban. num. 14. & eam ob rem ab omnibus in præservationem à peste consultitur fuga, ut omnes Med. faciunt, nec prætermisum est à Iurecons. Ripa, & Prævid. loc. sup. cit. sed præter communem opinionem Arist. videtur in ea sententia esse, cum. 1. Probl. 7. quærit, cur morbus pestilens solus ex omnibus vitis afficiat eos, qui ad laborantes eo morbo prope accesserint? videtur etiam ab ea opinione non dissentire Gal. nam 1. de diff. febr. cap. 2. dicebat, sicuti & quod pestilenti morbo laborantium conversatio periculosa, ne inde contagium contrahatur, quemadmodum ex scabie, & lippitudine. Huic auctoritati accedit Paul. lib. 4. cap. 1. qui de Elephantiasi loquens dicebat, eam esse non minus ac pestilentiam contagiosam. & præter hos videntur pæne omnes cæteri Medici idem sentire, cum plures in tract. de febr. pestil. dixerint, eam esse febrem contagiosam. Matth. Curt. de febr. c. de febr. pestil. Portus lib. 1. de pest. cap. 4. alii ipsam pestem per contagium definiunt, cum dicant, pestem esse mor-

bum contagiosum. Isidor. Etymo. lib. 4. ex quo repetit Bayr. de Peste cap. 1. qui morbum pestilentialem dici non concedit, nisi sit cum contagio. Card. lib. 2. Contrad. Medic. tract. 5. cap. 4. & lib. 1. de Venen. cap. 11. Fracast. lib. 2. de Contag. cap. 8. Capiuacc. Pract. lib. 6. cap. 36. Plater. de febr. caus. lib. 3. cap. 1. Mercurial. lib. 5. cap. 17. Liddel. Scot. lib. 3. de febr. cap. 1. Hucher. de febr. lib. 4. cap. 2. Septal. de pest. lib. 1. cap. 28. & alii permulti. & præcipuum autem Pestis signum est contagium. Heurn. de Pest. cap. 5. cui assentiuntur alii Medici, quibus assentiri videtur Iureconsulti; nam Ripa in supra citata definitione dixit, esse morbum contagiosum, ita quoque Prævidell. ex Isidor. in sepe cit. lib. de pest. p. 4. part. 7. num. 2. Pestem dicebat esse magis contagiosam, quam Lepram, cui favet supra citata Pauli auctoritas. & par. 2. par. 1. 2. num. 15. dicebat esse contagium. Demique Card. loco citato lib. 1. de Ven. dicebat, Pestilens, putridum, 17 & contagiosum converti, ita ut non possit unum absque alio inveniri; quibus addendum, quod ipsius Pestis nulla alia est magis præcipua causa, quam contagium, ut testatur Salus citato lib. de febr. Pestil. 18 cap. 11. & Septal. ibid. lib. 2. cap. 8. & idcirco facili negotio etiam extincta de novo reviviscit, ac propagatur, etiam per ipsas res insensibiles, quæ ipsius Pestis fomitem retinere solent. immo adeo de Natura Pestis est contagium, ut hoc mediatum impit ac nefarii quidam homines suo arbitrio illam aliquando excitaverint, ac concitare possint: constat enim Venetiis pestem concitatum fuisse, illius tantum venenatis medicamentis ac pestiferis, ostiorum annulis, ac pessulis, quibus contactis Pestis venenum à tangentibus haurebatur, unde infecti postmodum alios inficiebant; de qua re plures auctores testes sunt apud Schench. lib. 6. observ. tit. de contag. & præter eos Celsipinus alias à me adductus Prævid. lib. 3. cap. 48. & Patreus lib. 2. cap. 10. necnon alii multi apud Vntzerum in Antidor. Pestil. lib. 1. dist. 6. cap. 3. nec deest inter Iureconsultos ad hoc, testimonium Ripæ loco citato par. 1. num. 5. quin etiam alibi aliis idem facinus ab aliis patratum legitimus, & ætate nostra non multis abhinc annis Mediolani id ipsum accidisse audivimus. quod profecto absque maxima contagii vi fieri non potuisset, quia nulla alia ratione infici tangentibus poterant. & in summa per contagionem propagari sæpissime pestem, testatur Ioubert. de pest. cap. 2. unde est, quod interdum particularis pestis, quæ nempe unicam familiam, aut domum, aut locum obfideat, universalis evadit, ut Ioub. dicit ibid. & proximas familias, & civitates adurit. Cardan. Contr. Med. lib. 2. v. 5. contr. 4. nam peste infectus contagio adeo inficere potest, ut non per contactum solum, sed etiam per halitum aliquando labefaciat. Fernel. lib. 2. de Abd. ver. caus. cap. 12. Cardan. ibid. immo interdum ipsa inspectione, ut ex Guidon. dicit Rud. lib. 3. Art. Med. cap. 30. evenisse in quadam sævissima peste; quod confirmat etiam Nicol. Mass. de febr. pestil. c. 2. qui & illud addit, etiam ex cadaveris peste extincti in inspectione aliquos interdum infici.

Præ cæteris autem experimentis quanta sit Contagii vis in pestilentia, illud manifestissime docet, quod refertur à Forest. loco sæpius citato de quodam Medico, qui cum peste infectus jaceret, ut id ipsum, quod de contagio demonstrare nos studemus, affantes edoceret, recens ovum manu apprehensum diu sic retinebat, illudque infra breve spatium lividum, ac putridum evadere, & quod admirabilius est, si modo veritatem habet, hoc ipso ovo in mensa posito,

posito, & illi altero prope apposito, eodem modo ex primo secundum, ut primum ex aegroto inficiebatur.

21 Sed his non obstantibus, videtur ex nonnullorum DD. auctoritate, Pestem posse esse sine contagio, quamquam ut plurimum cum contagio est. Sal. de febr. pestil. cap. 11. Marinell. de pest. arg. 3. Saxon. de phoenigm. lib. 2. cap. 1. Celsipin. lib. 3. practice. cap. 50. Diomed. Amic. de pest. c. 3. Quin etiam Coel. Rhodig. lib. 2. lect. antiq. cap. 6. in fin. cum de quadam peste Constantinopolim molestante verba faceret, de qua etiam Cardan. lib. 2. de subtil. meminuit, narrans uterque, quod qui ea apprehenderentur, ab alio homine vapulare sibi videbantur, eoque terrore perturbati morerentur, addit Coelius, quasi rarum quoddam in tanta morbi raritate, Morbus tamen hic contagiosus haud fuit; quod etiam Cardan. falsus est. Procopius item qui & ipse Medicus fuit, & historicus insignis, lib. 2. de bello Persico, (ex quo repetit Septal. lib. 1. de pest. c. 6.) pestis cuiusdam mentionem habet, quæ absque contagio vagata esset. Neque Colica item à Paulo lib. 3. cap. 43. de quo ex eodem mentionem habet idem Sept. ibid. contagiosa fuit, cum ille nihil omnino de contagio meminerit; ac tandem Petr. Bayr. Medicus non spernendus aperitissime in tract. de pest. cap. 1. fatebatur, dari pestilentem febrem non contagiosam.

22 Auctoritatibus addo non contemnendam rationem, certissimum etenim est, illos, qui primi peste inficiuntur, ab aliis contagium non traxisse. Hercul. de febr. tract. 4. c. 1. nisi diceremus cum Platero lib. 3. de febr. cap. 2. & quæst. Medic. Parad. cent. Posth. nu. 42. & cum Vntzero in antidor. pestil. lib. 1. dist. 6. caus. 2. pestis venenum originem suam in mundi origine habuisse, & de corpore in corpus per contagium dispergi ac propagari; ita ut ex horum sententia nullo modo absque contagii semine pestis irrepere possit. sed hæc opinio plerisque ex doctoribus non erit, ut existimo, accepta, sed potius alterari dicent omnes de novo aerem ad contrarias qualitates, & interdum corrumpi, atque eo pacto pestem primum oriri. ergo quemadmodum qui primi peste leborant absque eo, quod ab aliis contagium contraxerint, illa afficiuntur, sic dari potest pestis genus, quod nullo modo contagio noxium sit, sed simpliciter à causa aliqua alia antecedenti nobis communicetur. & ad id, quod Platerus & Vntzerus dicebant de contagii origine, objici potest, quod multi morbi sunt contagiosi, non vero sola pestis; neque tamen videtur in aliis morbis posse habere locum contagii semina ab his DD. adinventam.

23 Ad auctoritates autem in contrarium allatas dicendum videtur, partim non loqui de simplici peste, sed de febre pestilenti, partim vero, immo vel omnes intelligi secundum plurimum. quod autem Cardanus dixerit, pestilens, putridum, & contagiosum converti, cum non sit unum accipere sine alio, mirandum est, quia manifestissime convincitur falsitas, cum pateat contagiosum sæpissime pestilens non esse, ut vel ipsi vires tonfores norunt, & notat etiam Mercat. de morb. lib. 3. class. 1. quæst. 176. in fin. nam Scabies, Phthisis, Lues Venerea, Rabies, Lippitudo, & nonnullæ aliæ infirmitates, quæ maxime contagiosæ sunt, non sunt tamen pestilentes, convincitur ulterius ex eo, quod omne pestilens perniciosum est, quia venenosum & deleterium. Fernel. lib. 2. de Abd. ver. caus. cap. 10. idcirco illico atque po-

26 pularis, seu Epidemicus morbus aliquis perniciosus secundum plurimum evadit, pestis dicitur. Liddel. Scot. de febr. lib. 3. cap. 1. non tamen omne contagiosum perniciosum est, quia Scabies ut plurimum salutaris morbus est, immo multo magis salutarius efficitur in pestilenti tempore, utpote quæ possit à peste hominem præservare. Alexand. Bened. lib. de febr. pestil. c. 6. Plater. quæst. Medic. Parad. cent. posth. num. 43. Ioubert. de pest. cap. 15. Forest. lib. 6. observat. 24. in schol. sed & ipse Cardanus sibi metipsum contradicere palam videtur, cum lib. 2. contr. Med. tract. 5. contrad. 4. dixerit: Sufficit ad hoc ut pestilens sit morbus, ut sit Epidemicus, & pernicius, & hic potest esse sine febre, cum sit etiam sine contagio, en igitur datur unum sine alio, nempe pestilens sine contagio; non ergo necessarium videtur ad pestis essentiam, ut contagiosa sit, sed utrum necessarium id sit ad hunc effectum, ut privilegia pestis suum locum habeant, cum distinctione responderem; quia ea privilegia, quæ concessa sunt fuisse concessa ob id, quod respiciant periculum contagionis, ut quod citatus comparere non teneatur, si pestis in eo loco vigeat, ad quem citatus fuerit. Paris. de respir. benef. lib. 5. quæst. 13. num. 68. & quod non teneatur comparere, etiam si tantum transire debeat citatus per locum peste infectum, Prævidell. de pest. par. 7. part. 2. num. 1. & alia hujusmodi, omnia procul dubio in peste tantum contagiosa locum habere debent, non in ea, quæ contagio caret: cætera vero, quæ alios fines respiciunt, de quibus supra, in quavis peste, dummodo alia habeat requisita veræ pestis: 28 non enim dubium est, quod cessante sine, ob quem privilegia concessa sunt, cessent etiam ipsa privilegia. Tiraquell. in tract. cess. caus. par. 1. num. 203.

Dubitari potest ulterius, an vera pestis de necessitate febrem adjunctam habere debeat, ad hoc ut prænominata privilegia suum locum habeant: nam in hoc variz fuerunt opiniones, testantibus plerisque, non modo non posse dari pestem veram sine febre, sed ipsam pestem per febrem deficientibus; 30 quod longioribus præstiterunt Andr. Gall. de pest. fascic. 4. Ant. Portus ibid. lib. 1. cap. 3. & Ludovicus Septal. loco eodem lib. 1. cap. 19. Maxime vero pro hac opinione faciunt Hipp. verba in lib. de stat. quæ sic habent: Febrim duo genera, & unum quidem omnibus commune pestis appellatur. patet autem auctores omnes, cum de peste tractarant, de ea inter febres mentionem habuisse, & ipsorum plures titulum de febre pestilenti inscripisse, quod tamen quia ex causa præstiterint non difficile est edocere, nimirum quia ut plurimum pestis cum febre 31 adjuncta est; sed non est idcirco omnino necessarium, ut semper cum febre sit, quod ex Hipp. & Gal. auctoritate probarunt, qui sententiam hanc tulerunt. Bair. cap. 1. de peste. Manard. epist. lib. 2. epist. 1. Capiuacc. lib. 6. pract. cap. 36. Odus de peste cap. 12. Petr. Salus de febr. pestil. c. 5. Rudius lib. 3. Art. Med. c. 30. Celsip. lib. 3. c. 48. & 50. Hucher. de febr. lib. 4. c. 2. Mercat. lib. 7. de febr. in præfation. Liddel. Scot. lib. 3. de febr. c. 3. Diomed. Amic. de pest. c. 14. & alii relati per Septal. lib. 1. de peste c. 4. qui & hoc ipsum, dum pro hac opinione disputat, comprobant experientia, nonnullas pestes enatrans, quæ absque febre vagatæ sunt.

Quinetiam ratio ad hoc adduci potest, quam affert idem Liddel. ibidem, & est, quia non semper in peste cor est primum patiens; quemadmodum enim ex 33 nim ex Venenis aliis nonnulla sunt, quæ non primo

mo cor petunt, sed aliam quamdam determinatam partem, sic & ex venenis ab aere nobis communicatis sunt, quæ alias partes, quam Cor primo obfident, sic coica pestilentialis visa est, sic & dysenteria pestilentialis, & alii huiusmodi morbi à Corde remoti. Præterea si de essentia pestis est febris, idem proculdubio esset febris pestilens, ac pestis, at pestem esse quid generalius, quam febrem pestilentem, concludunt auctores. Mercat. *de febr. lib. 7. cap. 1.* non est ergo necessarium, in peste semper adesse febrem; quia absque eo, quod cor afficiatur, febris non fit, sed pestis fit absque eo quod cor afficiatur saltem primo, & uno eodemque tempore cum parte primario patiente, ergo pestis potest esse absque febre. Vtrum autem deur, aut dari possit febris intermittens, quæ pestilens sit, dubitant Medici. Salius *supra loco cit.* in affirmativam sententiam inclinat; plures in negativam, & præ cæteris Rudius, & Sepalius *locis supra citatis.*

Ego non video, quid obstat, quo minus esse possit febris intermittens pestilens, si concedatur pestem posse esse sine omni febre. ego profecto huiusmodi febres vidisse me certo certius affirmaverim, cum tertianis exquisitas, brevissimasque, & non nisi septem aut octo horarum spatio assigentes observaverim, cum tanta tamen vehementia, ut spiritum ægotantibus in accessione intercluderent, mox ab ea per copiosissimum sudorem vindicatos adeo languidos, ac viribus dejectis, & cum indicibili tristitia permansisse, ut admirationem non modicam incuterent; pulsus enim adeo tardi fiebant, ut nunquam alias, ac denique viderim has ipsas febres quarto paroxyfmo homines sustulisse. huius generis febris eam censui, ex qua licet multo serius sublatu olim est Cinthius Clemens Pauli V. Medicus: mortuus enim est 27. & febris continua post 14 facta est, cum ante per octo tantum horas ex 48 assigeret, & cum iis, quæ recentius symptomatibus, sed ad pensum nostrum, nam forte nunc non erat his locus.

Quid ergo dicendum, ubi pestis absque febre grassaretur? an privilegia pestis in hac, veluti in illa, quæ febrem comitem habet, locum habere debent? dicendum videtur, quod sic, quia satis superque est, si pestis sit perniciosa, & habeat cæteras conditiones, de quibus in hac quæstione: nam eum ex alio quoque morbo quicumque sit, contingat homines periclitari, non minus quam ex febre, & privilegia pestis concessa fuerint omnia respectu ejus perniciæ, & mortalitatis, ut ita dicam, absque dubio quod etiam si non adfit cum peste febris, ea privilegia valere debent.

Cæterum cum pestis, ut superius ex Ripa dicebam, debeat esse gravis, & notabilis ad hoc ut privilegia ei concessa suum effectum habeant, idcirco præterquam quod ob id debet esse contagiosa, debet etiam esse perniciosa, & plurimos rapiens, nempe majorem ægotantium partem. Io. Marinell. *de peste in respons. ad primum argumentum;* nam etiam si morbus popularis esset, & Epidemicus, habens causam communem, & esset unà contagiosus, & febrem quoque comitem haberet, tamen si major pars eorum, qui ægotarent, convalesceret, aut non esset dicenda pestis, sed simpliciter Epidemia, quia non haberet adjunctam perniciem ut plurimum, & secundum plurimum, aut non esset dicenda gravis & notabilis, aut talis, ut ejus causæ prædicta privilegia permittenda essent executioni demandari.

Verum enim vero quamquam quæ dicta sunt sufficillime pestem sentiant, ut Constantinopolis, & Ægyptus tota, in quibus regionibus frequentissima est testibus Io. Leon. *sua Africae part. 8.* & Alpino *lib. 1. de Med. Ægypti. c. 15.* sed & in ipsa Ægypto magis familiaris Cayro est, ut prædicti dicunt; item Delphenis civitas singulis decem annis peste corrumpitur, asserente id Forest. *lib. 6. observ. 9.* Frequens quoque dicitur esse Parisiis, Colonia, Famaugustæ in Cypro, Venetiis, & Anconæ in Italia, aliisque in locis, & regionibus, in quibus raro, aut nunquam avellitur, ut testatur Scaliger contra Cardanum *lib. 1. exerc. 32.*

Contra vero aliis in locis nunquam visa. Locris, & Crotona pestem nunquam fuisse molestam, testatur Plin. *lib. 2. c. 96.* Calecutam etiam ab ea semper fuisse immunem narrat Cardan. *lib. 10. de subtilit. Alcmariam patriam suam Forestus loco supra citato non esse de facili pesti obnoxiam recitat. Itaque cum pestis plura loca, & ea præcipue, quibus familiaris facile non est, immo quæ alias præ cæteris aeris salubritate gaudere solent, obfederit, gravissima censenda est, quæ fuit quæ anno Domini 1335 oborta fuit, qua dimidium panem mortalium partem absumptam fuisse tradunt, quod nulli loco, nulli civitati quantumvis salubri aere insigni pepercerit.*

Ratione durationis, pestilentia magis aut minus gravis dicitur: est enim quædam pestis, quæ veluti incensa quædam flamma exagitata velocissimo impetu, ac veluti petransiens ab uno loco in alium, obvia quæcumque animalia profernit, brevissimo temporis spacio vigens ac ferociter, alia autem est, quæ per annos durat. longam autem, aut brevem cladem esse, dicebat Seneca *lib. 6. quæst. c. 28.* prout vitia valere, Plinius tamen *lib. 2. c. 50.* dicebat, observatum fuisse pestem non excedere tres menses. Cardanus etiam *lib. 2. de subtilit.* & Prosper Burgarutius *de peste,* nullam pestem ultra triennium sævire affirmavit; sed quemadmodum Plinii dictum ab experientia veritate est alienissimum, nisi restringatur ad id, quod ut plurimum fit, ita eadem experientia Cardani sententiam falsitatis redarguit. Idcirco non immerito reprehenditur hic à Scaligero loco alias citato, qui in quibusdam regionibus pestem nunquam avelli scribit, de hoc vero pestis genere non fuisse locutum Cardanum, dicere quisquam posset.

Tolosæ tamen adventitiam pestem septennium perdurasse, idem Scaliger narrat. Galenus etiam suo tempore, ut quinto *Metb. Meden. c. 12.* & alibi commemorat, pestem longissimam fuisse expertus est. eam quoque, quæ anno 1348 incepit, quinque annis durasse testis est Guido Cauliacus, qui illo tempore in vivis degebat, ex quo repetit Forest. *lib. 6. observ. 14.* & de qua loquitur Io. Boccac. *in suo De. an. in princ.* qui & ipse eam multis annis pervagasse testatur. compluribus item annis eam pestem durasse, quæ anno 1450 viguit, & ex qua vix tertia viventium pars superstes remansit, firmant auctores nonnulli, & refertur à Forest. *loc. cit.* ea quoque pestis, quæ à Britannia in omnem inferiorem Germaniam, Galliamque Belgicam grassari cepit anno Domini 1525 & sudor Anglicus appellata, sex annis duravit, Autumno potissimum pervagando. auctor Patruus *lib. 21. qui est de peste. cap. 5.* anno præterea 1568. Geneva per septennium pestem sævuisse, refert Bodin, *lib. 4. Demonum. c. 4.* Quin etiam Valæsius in *septimum Epidem. part. 78.* per Hispaniam quindecim annis pestem grassantem nondum desinisse scribit, ac profecto certum terminum durationis

liber 111.

pestilentiæ adscribere, nullum habere potest reale fundamentum. nam quemadmodum circa morborum pestilentium naturam tot esse modos pestis quot tempora dicebat idem Cardan. *lib. 2. de subt. & 2. contr. Med. tract. 5. contr. 4.* ita & quoad durationem omnino variare existimandum. neque enim dubium est, aerem unius loci citius vindicari à putrefactione, quam alterius; cuius rei causam rejicit in ipsius aeris tenuitatem, seu crassitiem. Hieron. de Manfred. *in lib. de homin. cap. 6.* sic & ipsius aeris mutationes & alterationes inter se multum differre, credendum est, & pro majori aut minori recessu à statu naturali, magis aut minus perseverare, & facilius aut difficilius ad suam naturam regredi.

Ratione porro indifferentiæ specierum & individuorum, quæ peste afficiuntur, tanto gravior est ipsa pestis, quanto plures species & plura individua, sexu, temperamento, ætate differentia, adoritur: patet enim pestem quandoque non nisi certum genus, aut certam animalium speciem molestare, ut præ cæteris demonstrat Diomed. Amic. *de pest. cap. 4.* quod etiam elegantissime cecinit Hieron. Fracast. *lib. 1. Syphil. his carminibus:*

Nunc ago non id te lateat, super omnia miram Naturam, & longe variam contagibus esse. Solis nam sæpe arboribus sit nocuus aer. Et tenerum germen, florantque infecti honorem. Interdum segetem, & sua læta, amique labores Corripuit, scabraque vixit rubigine culmos, Et vitata parens produxit femina Tellus. Interdum penes animalia sola dedere, Aut multa, aut cæca ex ipsis, memini ipse malignam Luxuriam vidisse anni, multoque madentem Autumniu persistam Austro, quo protinus omne Caprigenum pecus è cunctis animantibus unum Corruit, à stabulis letas ad pabula pastor Ducebat, tum forte atra securus in umbra Dum caneret, tenuisque gregem mulceret avena, Ecce aliquam tussis subito irrequia venebat, Nec longe via mortis erat, &c.

Cæterum omnium animalium pisces minime pestem sentire auctor est Arist. 8. *de hist. anim. cap. 19.* quin etiam addit Plinius *lib. 9. c. 49.* Morbos universa genera piscium, ut cætera animalia etiã fera non accipiunt sentire, unde emanavit proverbium illud, *Pisces nil sentiant,* cuius rei rationem reddunt nonnulli, quod nullum aerem inspiciant, & quod aqua maris, in qua vivunt, non putrefcat. Santorell. *lib. 6. sue Antep. c. 22.* sed hæc posterior ratio locum haberet in piscibus in mari tantum degentibus, cum tamen credam, quod conclusio de omnibus indifferenter prolata sit. Montuus *lib. 7. Halos. febr. cap. 1.* eandem attulit causam, sed ad instantiam, quæ fieri poterat, non respondit, nimirum quod pisces aerem attrahant, & respiciant, sed negare videtur, quod respiciant, & Hipp. Gal. & Plinii auctoritatem nihili facere videtur. Ego pro verâ admittam tantorum virorum sententiam, (nam negari non potest saltem nonnullos pisces respirare) Galen. 6. *de us. par. cap. 9.* Plinius *lib. 9. cap. 7.* Mercat. *de sanit. & eius conservat. art. 1. quæst. 163.* Rondelet. *de pisc. lib. 3. cap. 11.* (quamquam omnes voluit Hipp. respirare absolute, inquiring: Neque enim natantia animalia sine spiritu vivere possunt; quoniam autem alio pacto cum illa commercium habeant, si non per aquam, & ex aqua spiritum attraherent?) dixerim, quod quamquam pisces aerem nostrum respiratio- ne attrahunt, is tamen ab ipsa aqua, per cuius me-

ij. Q. dium

dium necessario pertransit, retunditur, & corrigitur, præcipue cum contraria qualitate id facere possit facillime, aere pestilenti semper calidior sua natura reddito, unde ab Aquæ frigiditate illius intemperies emendatur. Adde quod si pisces respirant, tenuiorem, ac magis repurgatam aeris portionem ipsos attrahere ob meatuum angustiam naturalem, & ob prædictum transitum per aquæ medium necesse est; sed posse facillime aeris venenum ab aqua obtundi, admittit Iouib. in Aporym. de pest. cap. 2. ipse tamen Aristotelis dictum non omnino dam habere veritatem credit, dum pisces quoque pestem experiri posse non tantum suo generi propriam, sed etiam ex nostro aere, & ex eadem causa communi, qua cætera animalia egrotant, concitatam existimat, dato etiam, quod nullo modo respirarent, crediderim tamen non esse Aristotelis dictum undequaue rejiciendum; licet ejus sententiam experientia falsam esse testetur Winrich. de art. monstr. cap. 16. quam tamen tueri acerrime contra Rondeletium Card. lib. 6. de variet. cap. 37. Sed ego restringerem hanc Aristotelis sententiam, quod non tam frequenter, nec tam facile, ut cætera animalia pestem experiantur; ad quod facit Plinii auctoritas supra relata. oportere autem si æque ac cætera animalia pisces pestilentia laborarent. hoc aliquando patuisse ex numerosis ipsorum piscium cadaveribus aquis ipsis supernatantibus, quod tamen rarissime visum, ac prope nullum, quid scriptis mandaverit, vidi, præter Iul. Obliq. de Præd. in apud Fortium. Fidei lib. 1. de re. lib. 1. de variet. cap. 3. narrat enim hic, memoriæ prodium esse ad insulam Liparam piscium vim magnam exanimem aliquando in littus ejectionem fuisse, quos Lipperones comedentes in pestem inciderint; sed hæc ille inter prodigia narrat, aliâ tamen & paucula admodum conspiciuntur tempore pestilenti, auctore eodem Iouiberto ibid. sed tamen pro Iouiberto non parum urget Virgilii auctoritas 3 Georg. qui pestem quondam describens ubi cuncta animalia ea infecta fuisse enarrasset, subdidit in hoc carmine:

*Lam maris immensi prolem, & genus omne natantum
Littore in extremo cœu naufragâ corpora fluitantibus*

Proluit, insulâ fugiunt in flumina phocæ.

Neque dicendum poetam sapientissimum id ignorasse, quod Aristoteles testatus de piscium natura fuerat, sed inuere potius veritatem rei voluisse. Aristotelis autem dictum interp retatur Diomed. Amic. de pest. cap. 4. quod piscibus nulla pestis propria sit, sed tamen possint ab universalis peste infici. Cæterum quod ex Aeris nostri infectione pisces quoque infici possint, & pestem concipere, non indifferenter admitterem in omnibus; nam videretur ex mea sententia in mari degentes asluginosisque aquis, aut in magnis rapidisque fluminibus viveutes, iis qui in minoribus fluvii, neque rapiditate motus, neque bonitate aquarum insignibus commorantur, difficilior pestem sentire, quod etiam admittere videtur Diomed. Amic. loco proxime allegato.

Verumenimvero quoad alia quoque animalia pestis magis, aut minus familiaris esse solet. inter omnia autem canes, & mûlos peste promptissime tentari dicunt omnes. Cæl. Rhod. lib. 17. lect. Antiq. cap. 28. quod etiam Poetarum pater Homerus non ignorasse se demonstravit, cum describens pestem in

Græcos ab Apolline Chrysis Sacerdotis precibus immisissam Iliad. dicebat:

Mûlos quidem primos inuesti, & canes veloces.

Et fortasse illum imitati debinc alii sunt, ut Lucr. lib. 6. de rer. Nat. in descript. pestis Atheniensis dicens:

*Cum primis suda canum vis
Sivata vis animam ponebat in omnibus agram.*

Et Ovid. 7. Metamorph. describens pestem Æginæ molestant sic exorditur:

Strage canum primo, &c.

non est autem verum, quod semper ita succedat, sed ut plurimum, nam in peste anni 1475. ut narrat Cardan. in lib. Hipp. de Anim. lect. 23. tex. 25. canes non solum non moriebantur, sed neque eo morbo corripiebantur, cum tamen equi maxime corriperebantur, licet non morentur.

Proxime à canibus pesti præ cæteris obnoxia videntur oves, & reddit ejus rei rationem Senec. lib. 6. Quest. Nat. cap. 27. ab his autem cætera animalia, quæ his congenera videntur. quando tamen lævissima pestis est, omnia indifferenter corripuntur, & intereunt, quod ut significarent tam Virgilius, quam Ovidius, necpe pestem, quam uniusquisque eorum describit, atrocissimam fuisse, eam nulli animalium pepercisse dicunt; prior enim 3. Georg. in fin. id est, carmine testatur:

*Hic quondam morbo cæli miseranda coorta est
Tempestas, totoque Autumni incanduit æstu:
Et genus omne neci Pecudum dedit omne ferarum;
Corruptique lacus, infecti pabula sabo, &c.*

Et Ovid. loco citato:

Strage canum primo, volucrumque aviumque bonumque

*Inque feris subitis deprenta potentia morbi est.
Concidere infelix validos miratur Avator
Inter opus Tamros, mediisque recumbere sulcos;
Lanigeris gregibus balanus dantibus ægros
Sponte sua lanæque cadunt, & corpora subent.
Acer equus quondam, magnæque in pulvere fame
Degenerat, palmæ, veterumque obitus honorum
Ad præcipe gemi morbo mortuorum inerti.*

*Non aperit aperi meminit, nec fidere cursu
Cervæ, nec armentis incurvere sortibus Vrsi;
Omnia languor habet.*

Quinetiam inter unam eandemque speciem, cum mitior pestis vagatur, individuum aliqua cernitur differentia: inter homines enim est quando uno in loco læviens exteris omnes afficiat, cæteros autem nequaquam, aut difficilior; ut Romæ læviens Gallis molesta. Italis autem aut nullo modo, aut multo minus, Foreft. Obsér. lib. 6. Obs. 9. quod etiam Cardan. lib. 8. de variet. cap. 40. relatus à Schench. lib. 6. tit. de pest. confirmat his verbis: Cum essemus Basileæ biennio pestis eos solos afflixerat, qui essent Helvetii, adeo ut eo tempore vix unus aut alter, dictu mirum, Gallus, aut Italus obierit. Quin etiam aliquando pueros tantum adoritur, aliquando solum juvenes, interdum solas feminas, alais solos mares. Fracast. lib. 1. de contag. cap. 8. And. Gall. de pest. fasc. 3. in princ. Ut plurimum autem peste magis affliguntur plebeji, quam nobiles. Foreft. ubi supra & Medici omnes; & ex Iureconsultis Prævidell. p. ult. part. 15. num. 1. magis item juvenes, quam senes. idem Foreft. ibid. & est acceptissima opinio experientia confirmata, notaturque à Plin. lib. 7. nat. hist. c. 50. à Rasi de pest. c. 1. ab Andr. Gall. ubi supra. & ab aliis omnibus, & inter Iurecons. à Prævidell. de pest. p. 3.

S V M M A R I V M.

- 1 Signa futura pestis ex Cælo.
- 2 Signa ex Aere.
- 3 Signa ex anni constitutione.
- 4 Signa ex iis que circa terram contingunt.
- 5 Signa presentis pestis.
- 6 Contagio ut plurimum pesti adjuncta.
- 7 Pestes plures simul esse possunt.
- 8 Signa communia in omni peste.
- 9 Pestis causæ.
- 10 Aer corruptus propria, & immediata causa pestis.

De signis futura, aut presentis Pestis.

Q V Æ S T I O III.

Onenda jam hic sunt signa nonnulla, ex quibus facile in cognitionem veniamus quando vigeat pestis, & quia nonnulla quoque pestem præcedere solent, idcirco hæc signa dupliciter dividamus, in ea nimirum, quæ prælagire solent futuram pestem, & in ea, quæ jam præsentem ostendunt. Vtraque autem à nostris auctoribus exquisitissime percurrantur, & vide si libet eos, quos in hujus tituli processu jam citavi attulerunt etiam nonnulla Iureconsulti, ut Ripa, & Prævidell. loc. cit. ego quia in hac parte brevis esse cupio, ex omnibus potiora, & majoris momenti seligam, & hic adscribam. hæc igitur partim sumuntur ab iis, quæ in cælo, & aere fiunt, partim ab iis, quæ hic in ima terra apparent. In cælo Astrologi considerant magnos Solis, & Lunæ defectus, conjunctiones infortunarum, malignarumque stellarum, aliofque earundem maleficos aspectus, hos enim semper pestem præcedere docent. in aere signa quæ notantur sunt cometarum genus omne, lampades ardentes, lanceæ, capræ saltantes, & aliæ 2 ignæ impressiones, quæ non nisi ex tempestate maxime intemperata, ac æstuosissima originem ducunt. Minatur quoque futuram pestem aer nebulosus, & pulverulentus, ac crassus, imbribus assiduis humectus, & Austrino vento indefinenter perflatus, quæ omnia adnotantur ab Ovid. loc. sup. cit. his carminibus.

*Principio cælesti spissa caligine Terras
Prestit, & ignavos conclusit nubibus æstus;
Dumque quater plenis explevi cornibus orbem
Luna, quater plenum tenuat ætætenis orbem,
Lethiferis calidi spirantibus Austri.*

Ex anni quoque tempestatibus pestis futura cognoscitur, nam si ad frigidum siccumque; tempus verum ætas calida & humida sublequatur, aut annus totus pluviosus, & Austrinus extiterit, pestis expectari facile potest. ad hæc accedunt fulgura crebriora, & gravi odore insignia; quin inter plendum ranunculæ, & alia quædam insecta semiformata ab aere unâ cum rarioribus aquæ guttis descendunt, quæ manifestam ac consummatam ipsius aeris corruptionem demonstrant.

Circaterram autem & nos ipsos plura visuntur, quæ nos de futura peste admonere possunt, Terræ motus inprimis maxime si magnus sit, aut frequens, qualis hinc diebus in Apulia fuit, ex cujus violentia multa oppida diruta sunt, & S. Severi urbs omnino destructa, unde sub ruinis nonnulla hominum millia periire, accidit autem die 30. Mensis Iulii hujus Anni 1627. De quo Terræ motu discursum edidit Io. Ant. Foglia Medicus Neapolitanus. Terræ item halitus, & vapores crassi, ac graviter olentes id ipsum præmonstrant, sicuti etiam Insectorum multitudo,

p. 3. part. 17. num. 4. cum ergo pestis omnium animalium genus, & hominum indifferenter prosterit, tunc gravissima, atrocissima, & notabilissima est.

54 Dicitur præterea minus aut magis gravis pestis ratione indifferentiæ temporum, in quibus vigeat; minus enim gravis absque dubio, quæ aliquando remittit, ut facere plerumque solet per Hyemem, & Ver, quam quæ nunquam cedit, vigeat enim ut plurimum in Autumno, ut experientia constat, & notatum est à Med. Ras. de pest. Rorar. contrad. 2. in Avic. Septal. de pest. lib. 2. c. ult. & ex Iurecons. Carrar. de Med. p. 3. n. 57.

55 Insuper pestis eo gravior certe est, quo plures occidit: cum enim atrocissima est nulli parci, sed tantum fera inexorabilis obvia quæque animalia depalcitur, & jure à Rip. de pest. par. 1. part. 1. c. 1. dist. 2. nu. 1. qui addit ex Leonclavio Constanti-

nopoli intra 4 menses 150 millia hominum absumpta, & quod etiam mirabilissimum est, tempore Carol. IV. Imp. trium annorum spatio inter quamplurima, & infinita propemodum hominum millia, centum viginti quatuor millia, & quatercentum viginti quatuor Franciscanos periisse; cujus rei fides apud auctorem esto. hæc ex Vntzero, alia autem exempla data opera prætermittam, sed præ omnibus gravissima ea pestis censenda est, quæ cum omnibus antedictis conditionibus brevissimo quoque temporis spatio occidit, omnem locum remediis quibuscunque adimens, neque permittit ulla via, aut modo ægros subveniri; licet enim ut plurimum vera pestis septimam attingat, non tamen excedat. Iouib. de pest. c. 8. aliquando tamen quatruido, ut ii morbi, de quibus Card. in 3. lib. prognost. progn. 1. aliquando triduo, interdum biduo, alias etiam cum perniciosissima est, eo ipso die quoprehendit, occidit. nam nonnulli intra viginti, aut etiam intra decem, immo & intra octo, & sex horarum spatium in domesticis negotiis succumbunt. Alex. Bened. de febr. pest. c. 1. Iouib. ubi proxime Foreft. lib. 6. obs. 9. ipsi Medici aliquando inter invensendum ægrotos in opere ipso vitam relinquunt.

57 Inque ipsi se vamedentes Erumpit clades, obsuntque auctoribus artes, ut Ovid. ubi aliâs, & Virgil. 3. Georg. Quæstæque nocent artes: cessere magistris, Phyllyrides Chiron, Amythaonisque Melampus.

58 Recenset ex aliorum tamen testimonio Cardanus 5. Aphorism. pestem aliquando grassatam, in qua cum brevi momento sæpius homines sterneratissent, statim concidebant animam exhalantes. refertur quoque à Valeriol. lib. 3. locorum commun. c. 18. quod in peste, quæ anno 1534 in Galliz Narbonensis parte vigeat, homines loquentes ac sedentes, tanquam fulmine icti, statim peribant. ergo quanto plures harum conditionum simul concurrent, tanto magis perniciofa & notabilis pestis dicenda, quæ idcirco præ aliis privilegiis sibi à jure concessis uti permittatur.